M. MARCVS FRYTSCHIVS LAVbanus, Candido Lectori. S.

QVisquis es, & medicā non planè reſpuis artem,
Hunc ſtudioſe librum (ſic quia dignus) ama,
Qui nouꝰ egrediēs, vitio purgatꝰ ab omni,
Liberius clarias geſtit adire domos.
Curio fatidici decus inſuperabile Phœbi
Edidit hoc plenū frugis & artis opus.
Vlnis ipſum igitur complectere vtriſque iuuentus,
Ac bene de merito dic bona vota viro.
Nam quibus inſtructus, ſiue morbis mēbra tueri
Poſsit homo, liber hic dogmata certa tenet.
Magnanimo Anglorum regi quæ dedita quondam,
Iam renouata tibi Tentonis ora vides.
Tuq́; cohors iuuenum, teneris quæ protinus annis
Sedula das operā verba Latina loqui:
Incolumem, moneo, ſi geſtis ducere vitā,
Membrorumq́; cupis proſperitate frui:
Curio manè tibi Curio nocte legatur,
Non imitalis eſt abſq; labore labor.
Exiguū certè, quo pagina vēditur, æs eſt,
Quæ

Quæ diſces, magnæ cõmoditatis erunt.
Nã docet, affectus qua ſint ratione regẽdi,
Omnis ab exceſſu ſemina morbꝰ habet.
Vini epuliq́ue modũ præſcribit, Cypridis vſum
Tẽperat, & quæ ſint ſana lauacra monet.
Cũ corpꝰ nimio repletũ ſanguine turget,
Inciſis venis euacuare iubet.
Veſperi ait ſomnum capiẽdũ, nãq; diurno
Tẽpore qui dormit, multa pericula ciet
Inſcius in febrim dilabitur, atq; catarrhũ
Colligit, & toto corpore languet iners.
Hic quoque certa leges anni diſcrimina, namq;
Diuerſos radios ardor, & algor habẽt.
Nõ eadẽ Veri, Meßi, Autũnoq;, Hyemiq;
Couenniũt, tribui vult ſibi quodq; ſuũ.
Quid ſibi quodq; velit, quid quælibet exĩgat ætas,
Curio monſtrabit, ſi tibi lectus erit (tus.
Si ſapis ergo, moras tollẽs ſtudioſa Iuuẽ-
Hũc tibi emes (paruo vẽditur ære) librũ.
Inſuper Autori, grato pro pignore fata
Optabis Pylio non citiora ſene.
Sic tibi non deerunt, qui ſcripta ſalubria condant,
Materia ingenijs conueniente ſuis,
Hiſce vale, atq; bono feliciter vtere ſeclo,
Caſtalium ad fontem iã via trita patet.
Tẽpora quæ forsã ſubitò vẽtura ſequẽtur

Non ita fœcundæ conditionis erunt.
Si ſapis ergo, tibi hæc quos porrigit arri-
pe crines,
An bona vel mala ſit, ſecta futura latet.

EIDEM M. HENRI-
cus Spinæus Berckenſis.

QVòd malè curarent homines lāguē
tia membra,
Viderat ex alto pulcher Apollo loco.
Terti⁹ exclamat: quæ morbis quæritis ægri
Pharmaca mortales? quæ medicina da
tur?
Tenditis in mortē tali ratione medendi.
corruit & labēs non reparatur opus.
Reſtitui in melius ſi vultis corpora læſa,
Viuendiq́; frui commodiore via:
Huic operi vigiles oculos imponite claro,
Voluite tā doctū tēpus in omne librū.
Diſcitis hinc certas medicādi ſaucia leges
Integra quóue modo ſit retinēda ſal⁹.
Præſtitit hoc artis medicæ tibi Curio Do
ctor,
Curio Apollinei gloria magna chori.
Extendi vitam qui longū vultis in æuū,
Curio Tithoni, dicite, viue dies.

ODE M. LVDOVICI
Helmboldi Mulhuſini.

NVlla vis, virtusq́; manet perennis
Rebus his, quæ viribus extruuntur
Corporis, quæ mēs operatur, omni

Tem-

Tempore durant.
Nunc ager, vel ſylua, vel eſt rubetum,
Quod fuit quondam Phrygij aula Regis,
Arx ſit èconträ modò Carolæa,
Quod ſeges olim.
Firma ſunt, fidumq; ſibi tuentur
Nomen, & famam, documenta, quorum
Autor eſt Phœbus, ſiue honore nunquã
Commemorandus.
Vtilis res eſt medicina, totum
Suſtinet mundum, niſi ſalua nanque
Membra ſint, præceps domui vniuerſæ
Turbo minatur.
Claret idcircò podalyriana,
Fama, nec laus Hippocratis remittit,
Aemulus fertur volucrum per alta
Aſtra Galenus.
Hos duces, hos ſigniferos ſecutus
Curio, excellit ſimul, & referri
Inter heroas medicos profunda
Mente meretur.
Mentis hic index liber eſt, amomum
Plantat, extirpat tribulos, venena
Enecat, morbos fugat, atq; ſanos
Protegit artus,
Sanitas curæ ſua ſit cuiuis,
Huic viam monſtrans igitur tuendæ,
Gratijs omnem comitatus ibit
Curio in orbem.